VATICINIA,
Siue
PROPHETIÆ
Abbatis
IOACHIMI,
&
Anſelmi Epiſcopi
Marſicani,
Cum imaginibus ære incisis, correctione, et pulcritudine plurium manuscriptorum exemplariū ope, et uariarū imaginū tabulis, et delineationibus, alijs antehac impressis longè præstantiora.
QVIBVS ROTA, ET
Oraculum Turcicum
maxime considerationis
adiecta sunt.
Vnà cum Præfatione,
et Adnotationibus
Paschalini
Regiſelmi.
VATICINII,
ouero
PROFETIE
dell'Abbate
GIOACHINO,
& di
Anſelmo Veſcouo
di Marſico,
Con l'imagini intagliate in rame, di correttione, et uaghezza maggiore, che gl'altri sin hora stampati, per l'aggiuto di molti exemplari scritti à penna, et per le pitture, et disegni di uarie imagini.
À QVALLI È AGGIONTA
una Ruota, et un'Oracolo Turchesco di grandissima cōsideratione.
Insieme con la Prefatione,
et Annotationi di
Pasqualino
Regiſelmo.
Venetijs M. DC. cum Priuilegijs.
Apud Ioannem Baptiſtam Bertonum.
Sub insigne Peregrini.

DEXABREGAS DALIVRARIA
DE S. FRC

ILL.mo AC REVER.mo
IN CHRISTO PATRI
D. FRANCISCO CORNELIO
EPISCOPO TARVISINO
D. ET PATRONO SVO LONGE' COLENDISSIMO.

EA est humani ingenij propensio Amplissime, & Nobilissime Antistes,vt maiori voluptate in difficili rerum curiosarum inuestigatione capiatur; quam in solida cognitione, & vtili rerum,quæ facili ratione apprehendi, haberi, & sciri possunt. Obuia ei est perspicuitas sese offerẽtium rerum, cognoscitq́; admodum vtilem intellectui esse,& maximo emolumẽto actionum suarum promoueri: tamen curiosi-

rioſitate illectum ad ea tantum anhelat, quę intellectus, vel numquam, vel difficulter, vel grauibus erroribus ſeipſum inuoluens adipiſcitur. Hinc oriuntur (contemptis naturalis, & ſcripti, diuini, & humani iuris pręceptis) labores irriti in effectibus à vero abhorrentibus, & in operationibus vetitis ſequendis, veritatis ſemina ſibi inſita, & mandata diuinitus inſtituta, & tradita refugiens, & negligēs, quæ ad propriam conſeruationem, & ad veram notitiam illud euocant. Ex eo fonte riui fluxere tam diligentis ſpeculationis cęleſtium motuum, tam ſolertis pręuiſionis futurorum temporum, tam pertinacis, & temerariæ profeſſionis ortus, & obitus quorumcunque ſyderum. Atque vt altius feramur, hinc originem traxere viſiones vatum, interpretationes ſomniantium, tot inanes artes numerorum, calculorum, linearū, obſeruationum cœleſtium, ignearum, aerearum, aquearum, terreſtrium, Oracula Sybillarum, prædictiones Prophetarum. Quæ (reiectis cęteris inanibus, & ſuperſtitioſis futurorum inquirendorum generibus) apud omnes veneratione dignæ habendæ ſunt, cùm nulla alia re media

à di-

à diuino numine proueniant,& diuiniori,no bilioriq́ue in nobis exiſtenti parti inhęreant. Quemadmodumq́; illi audiendi non ſunt, qui dicunt,homines ingenioſos,& ſanę mentis nulla ratione ijs vacare debere: ſic impij cenſendi, qui has aſpernari audent. Nam ſi nos tanti facimus corporis externas actiones, quanti æſtimandæ internæ mentis, quæ (vt ſapiens ille Hebræus aiebat) ſimilis igni ſemper aſcendit,& ad altiora tendit,memor ſuæ prioris originis initium ſumentis ab afflatu, & ſpiratione Maximi rerum omnium parentis Dei. Qui tunc eos ſibi cariores demonſtrat,quos vult,efficitq́;, vt ſuo ſplendore,& lumine rutili cognoſcant aliquam illorum partem, quæ vni prouidentiæ ſuæ nota, & patentia exiſtunt.In quorum numero quot fuerint,ſacras librorum vtriuſque teſtamenti paginas intuentes conſequi exiguo, & prædulci labore queunt. Verum præter eos,qui illis deprehenduntur,complures fuere, quorum hiſtorici,& ſcriptores priſcorum, & noſtrorum temporum in ſuis ſcriptis meminere. Inter hos inquirere quanti nominis Abbas Ioachim præſentium Vaticiniorum Au-

Rabbi Ioſeph Hiſpanus in libro Horti Nucis.

ctor

ctor fuerit, nec huius loci eſt, nec huius tractationis. Hoc vnum dicam, hominem hunc occaſionem mortalibus omnibus prębuiſſe, cur attentiores, & circunſpectiores circa futura tempora fierent. Cum norint cuncti, quicquid in ſuis obſcuris dictis Abbas inuoluit, euentus ſuos ad vnguem ſortitum fuiſſe. Idq; in cauſa fuit, quòd, Deo, & hominibus inuiſus quidam Hæreticus imagines corrum pens, & verba ſuorum dictorum inuertens, plures ſeducere, & decipere tentarit. Cui, licet alij reſponderint: tamen nos quoq; hoc tenui labore reſiſtere voluimus, eius in imaginibus falſitatem, in verbis mendacia, & in expoſitionibus calumnias detegentes. At ne noſter hic labor absq; illuſtri nomine fronti affixo in manus hominum peruenirет, te eligendum duxi Illuſtriſſime, idemq; Optime Antiſtes, qui virtute, ſapientia, auctoritate protector, Achilleusq; Clypeus mihi ſis. Nec mea ſententia meliorem, fortioremque eo eligere poteram, qui in præclariſſimo fortunæ ſtatu admirabilium operum es effector. Vereque à Græco Antiphane ſcriptum videtur.

Πλοῦτος δὲ βάσανός ἐστιν ἀνθρώπου τρόπων

Sunt morum hominis opes peracres indices.

Antiphanes apud Stobæum.

Itaque ad te confugi,tibi dico,& in tuam tutelam, me, & illa confero, certus ea à canum latratibus, & à maleuolorum obtrectationibus te defendente, fouenteque tuta fore. D N. Ieſus Chriſtus in ſua Eccleſia omnes conatus, & deſideria Illuſtriſs. & Reuerendiſſimæ Amplitudinis tuę ſpiritu ſuo ſecundet,atque augeat.

Vale Venetijs x.Kal. Nouemb.

Tuæ Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Amplit.

Addictiſſimus

Paſchalinus Regiſelmus.

Rota à Pio Quarto (ut aiunt) in Solis, et Lunæ imaginibus incipiens, et futura de Pontificibus prædicens.



Ruota che da Pio Quarto (come dicono) nelle imagini del Sole, et della Luna incomincia, et predice i successi de futuri Pontefici.

CANDIDO, ET AMICO LECTORI.

PASCHALINVS REGISELMVS.

EST admirationi hominibus doctis non ſine cauſa varietas lectionum veterum exemplarium illorum ſcriptorum, qui ſua ætate mille annorum ſpatium exceſſere. Cum nos videmus libros noſtra tempeſtate, aut patrum, vel auorum memoria ſcriptos ita inter ſe ob variam exemplarium tranſcriptionem differre; vt ne vnum quidem reperiatur, quod cum cæteris ſic adamuſsim conueniat, quin in illo non contemnenda quæpiam pars ſit longè diſſentiens ab ijs, quæ vel antea, vel paulò poſt ad noſtras manus peruenere. Hoc ſi vmquam nos verum fuiſſe experientia comprobante didicimus, modò clarius, certiusque nobis patuit, atque haud poſſe aliter ſe habere noſtris magnis laboribus experti ſumus: dum præſens opus Vaticiniorum, ſeu (vt vulgo aiunt) Prophetiarum Abbatis Ioachim, & Anſelmi Epiſcopi Marſicani expurgandum ſuſcepimus. Nam cùm octo manuſcripta exemplaria, & ſeptem typis expreſſa apud nos eſſent, tanta erat in illis diuerſitas, quòd multoties nos ea poſſe aliqua ratione decenter, & aptè conſarcinare, vt in lucem proderent, deſperauerimus. Equidem ſi is, qui ante nos eas emittere in vulgus voluit, ac declaratione, & ſatis probabili lectione auctas produxit, mentem etiam ad illas attentius ponderandas ſolertiorem adhibuiſſet, non permi-

ſiſſet forſan, ſe à deſiderio legendi, quemadmodum ab alijs corruptè editæ fuerant, ita tranſuerſum rapi; ſed omni ſtudio conatus fuiſſet, vt ea forma conſpicerentur, qua Abbas ipſe ab hinc trecentos annos, & Epiſcopus eas conſcripſerat. Id autem illi minimè vitio damus, cum laude dignum cenſeamus, & rarum literarum lumen noſtris temporibus eſſe fateamur. Curauit ipſe in primis, quod ſatis feliciter quoque proceſsit, confutare, & penitus ſternere mendacem, falſam, inſanamq; cuiuſdam ſceleſti expoſitionem, qui inanibus, & phanaticis ſuis ſomnijs ea accommodare tentabat, quæ ſpiritu prophetico ab Abbate Ioachim, & ab Epiſcopo Anſelmo imaginibus expreſſa, & viſionibus præuiſa fuerant. Dicam tamen, etſi iſte falsò intellexit, & mendaci aſtu expoſuit, neminem eſſe debere tam audacem, qui valeat, aut poſsit ſcire, & affirmare, ſe penitus capere poſſe, quicquid his obſcuris ænigmatibus perſtringitur. Licet enim aliqui ſint, qui velint ſuos ſucceſſus habuiſſe Prophetias omnes Abbatis Ioachim, vna cum illis, quæ ſuis adiectæ Anſelmo Epiſcopo Marſicano tribuuntur. Alij habentur, qui dicant nondum omnes ſuos euentus ſortitas fuiſſe: cum non ita accipi debeant, vt nulla interpoſitione ſibi ſuccedant: ſed tantum referendas eſſe ad res præclarè geſtas, & ad Pontifices, quorum temporibus magna, & animaduertenda contigerint. Cum plures extiterint, quibus viuentibus pauca digna memoratu acciderunt, & alij, qui ob ſuam vitæ breuitatem, aut rebus magnis occaſionem præbere, aut tempore ſaltem aliorum actiones ſuis Pontificatibus circumſcribere nequiuerunt. Diſſentiunt ab his duabus opinionibus alii affirmantes, illas inſtar rotæ fabricatas eſſe, quæ circumactæ ſemper ad idem redeant, & occultorum ſenſuum in illis myſticè clauſorum multiplicitate ſemper nouas explicationes gignant, & nouas expoſitiones admittant. Nos nulli iſtarum ſententiarum reſpondere volumus: licet id efficere ſtatuiſſemus, cum primum illas aggredi cœpimus: verum ad aliud volumen

men hoc transferemus, quod paulopoſt emittere paramus: modò hoc noſtrum ſtudium gratum vobis eſſe deprehendamus. Equidem magna ex parte quaſdam lucubrationes noſtras perfeceramus non parum profuturas, iucundasque, quibus ſuperiores opiniones diſcutebamus, ſimulque cum ijs proditura erat expoſitio ob curioſa ingenia longè clarior, ob ſucceſſus longè conuenientior, & veritati ipſi magis inhærens: quando nobis inſpiciendas dedit Iohannes Antonius Maginus Patauinus vir Syderum cognitione pręſtans, & Italię noſtræ perilluſtræ ornamentum harum prophetiarum imagines decem in membranis tantæ vetuſtatis, vt abhinc trecentos, & eo plures annos delineatas iudicari poſſit, ab omnibus, quæ hactenus in vulgus exiere, plurimum differentes, & delineatione, & litteris numeralibus cuicumque imagini ſuperpoſitis, quas in nullo alio libro vidimus, & ob inſcriptiones penitus diuerſas ab ijs, quas impreſſas, ſcriptasque habuimus. Quę imagines illarum Prophetiarum ſunt, quas Anſelmo adſcripſere; tamen in eam opinionem nos induxere non modò illas Anſelmi non eſſe: verum omnes certo certius Abbatis ipſius. Qua de re, & in Adnotationibus, & in poſteriori Volumine agemus. Pręterea ad nos ſcripta quędam allata ſunt, abhinc centum, & triginta annos à quodam Dominico Mauroceno nobili viro Veneto patritio ſatis docto, & exacti ingenij compoſita, in quibus non Abbati, nec Anſelmo; ſed Rabano cuidam (neſcio, an is ſit monachus ille, cuius fertur eſſe libellus de virtutibus numerorum) tribuuntur hæc Vaticinia, quę tam aſſeueranter Abbatis Ioachimi, & Epiſcopi Anſelmi eſſe dicuntur. Quæ potiſſima cauſa fuit, cur animo ſecundum volumen conſcribere propoſuerimus, in quo variæ prophetiæ collectæ ſint præter ſupradictas decem imagines, cum expoſitione generatim omnes complectente, quę his etiam, quas modo damus, vſui erit, quemadmodum illam ſingularem ad has explicandas aggreſsi fueramus. Iucundior verò erit, quia omnes ſimul con-

cordes præſtare conabitur, demonſtrabitque plures ſanctorum virorum, ſanctarumque mulierum prædictiones conuenire ad calamitates manifeſtandas his noſtris, & nouiſsimis temporibus imminentes. In his autem præſtantiſsimum illud Vaticinium Erythreæ Sybillæ extabit, Græcis ad Troianam expeditionem proficiſcentibus depromptum, res vſque ad ſæculi finem futuras prædicentis, antea quoque typis editum, verum imperfectum, mutilumque, à Græca in latinam linguam à Nobili illo Veneto, cuius ſupra meminimus, verſum, quibuſdam paucis, at maximi momenti adnotationibus adiectis. His præter ſuperius promiſſam expoſitionem coniungemus obſeruationes literarum numeralium, variorumque modorum, quibus veteres per numeros vſi ſunt in ænigmaticè occultandis myſterijs, in diuinationibuſque, lucidius explicantes, quoad per nos fieri poterit, litteras, & Alphabeta Abbatis, & numeros ab eo comprehenſos, præter morem numerandi ipſius Sybillæ; cum multæ animaduerſiones etiamnum habeantur, quas veteres Hebræi, Græci, & Latini ad nos tranſmiſere; à quibus diſſentire laudi nũquàm ceſsit, quin potius cognitioni noſtræ ob fuit, quod ſcitè in eodem volumine indicabitur, ſingularem, breuemque declarationem in IIII. Danielis Monarchias proferendo, quæ Viſionem quartę Monarchiæ enodabit. Augebit ſtudij noſtri diligentiam, ſuppeditabit imbecillitati noſtrę vires, & addet conatibus noſtris calcaria gratitudo tua Amice Lector: ſi non modo libenti animo hęc noſtra Vaticinia, & eorum varias lectiones, & adnotationes aduerſus hęreticum præſertim hominem, & Pſeudomagum conſcriptas legeris: verum etiam ſiquid in rem noſtram monueris, & incœptum audax noſtrum locupletius reddideris, vel aptam materiam nobis ipſe offerens, vel alios, qui in hoc nobis fauere poſsint, indicans, vt ſecundo curſu vela ventis propediem exiturum volumen fœlicibus auſpicijs committat.

AL CANDIDO, ET AMICO LETTORE.

PASQVALINO REGISELMO.

I MARAVIGLIANO, *non ſenza cauſa gli huomini dotti della varietà delle lettioni de gli eßemplari antichi de' Scrittori, che hanno trappaſſato con l'età loro il millenario numero de gli anni, quando noi veggiamo, che i libri à noſtri Tempi ſcritti, ò à giorni de' noſtri padri, & aui ſono coſi tra loro differenti nelle copie de gli eſſemplari diuerſi, che non ſe ne troua pur vno, che con l'altro concordi sì à punto, che in lui non ſia qualche notabil parte lontana da quello, che prima, ò doppo ci ſarà peruenuto alle mani. Queſto, ſe mai noi l'habbiamo imparato comprobandolo vero con l'eſperienza, hora molto maggiormente ſe ne ſiamo confermati, & reſi ſicuri eſſer coſì, & con difficultà poterſi abbattere altramente, mentre habbiamo preſo ad eſpurgare la preſente opra di queſti Vaticinij, ò Profetie, che le vogliamo dire, dell' Abbate Gioachino, & d' Anſelmo Veſcouo di Marſico. Delle quali hauendone hauute di ſcritte à penna otto, & ſtampate ſette, sì tra loro era la diuerſità, che molte volte ci ſiamo diſperati poterle in alcun modo raſſettare, che poteſſero comparire in publico. Et certo, ſe chi innanti à noi hà procurato di mandarle fuori, e dichiarate, e ridotte à lettione comporteuole, haueſſe anco hauuto l'animo à conſiderarle più attentamente, forſe non ſi ſarebbe laſciato traſportare tanto dal deſiderio di leggerle*

leggerle come ſi trouauano da altri date fuori, che non haueſſe vſato ogni induſtria per farle vedere, come dall'Abbate medeſimo già trecento anni, & dal Veſcouo furono ſcritte. Ma di ciò non gliel'aſcriuiamo à colpa, che anzi lo riputiamo degniſſimo di laude, e lo confeſſiamo per vno de'più chiari lumi nelle lettere de'tempi noſtri. Hebbe egli penſiero, & felicemente gli è riuſcito, confutare, & gettar à terra la falſa, bugiarda, e ſciocca eſpoſitione d'uno certo ſcelerato, che à ſuoi chimerici ſogni andaua addattando quanto dall'Abbate Gioachino, & dal Veſcouo Anſelmo fù con ſpirito Profetico diſſegnato in figure, & antiueduto in viſioni. Dirò nondimeno, che ſe ben coſtui hà falſamente inteſo, & con bugiarda aſtutia eſpoſto, che però non deue eſſer alcuno sì ardito, che vaglia, ò poſſa ſapere, & affermare al tutto eſſer capace di quanto in sì oſcuri enigmi ſi cuopre. Perciochè ſe alcuni ſono, che vogliono tutte le profetie dell'Abbate hauer hauuto i ſuoi ſucceſſi inſieme con quelle, che aggiunte alle ſue ſono attribuite ad Anſelmo Veſcouo di Marſico. Altri ſi trouano, che dicono anchora non eſſere tutte adempite, poi che non deuono eſſer inteſe coſi ſucceſſiuamente: ma ſolo douerſi referire à fatti notabili, & a'Pontifici, ne i tempi de'quali ſiano ſucceſſe coſe importanti, & degne di conſideratione, eſſendouene ſtati molti, ſotto quali poche coſe degne di memoria ſono occorſe; & alcuni, che per la breuità della loro uita, non hanno potuto, ò dar occaſione à impreſe grandi, ò col tempo al meno comprendere ſotto a'Pontificati loro le attioni altrui. Diſcoſtanſi da queſte due opinioni altri affermando, che quelle ſono come vna ruota fabricate, le quali girandoſi ſempre tornino al medeſimo, & con la multiplcità de gli occulti ſenſi in loro miſticamente chiuſi ſempre nuoue eſplicationi generino, & nuoue eſpoſitioni ricerchino; Noi non uogliamo riſpondere à niuno di queſti pareri, anchorche fuſſe noſtra determinatione di farlo, quando incominciammo porgli le mani, ma lo ſerbaremo ad'un' altro volume, che doppo queſto ſeguirà; ſe

però

però conoſceremo eſſerui grata la diligenza vſata in queſto. In vero haueuamo già in gran parte ridotte à perfettione alcune noſtre vigilie di non poco giouamento, & dilettatione ſopra le opinioni predette, con vna eſpoſitione molto più chiara per gli ingegni curioſi, molto più conueniente a i ſucceſſi; & molto più appoggiata al vero: Quando ci fu dato à vedere dall' Eccellente Signor Giouanni Antonio Maggini Padouano huomo nella cognitione delle ſtelle ſenza pari, & ſingolar ornamento della noſtra Italia, dieci figure di queſte Profetie in pergamena tanto antiche, che ſi può giudicare, che ſiano ſtate diſſegnate già trecent' anni, & più, molto differenti da tutte quelle, che ſin'hora ſono vſcite in luce, & per il diſſegno, & per le lettere numerali ſopraposte à ciaſcuna imagine, quali non habbiamo vedute in libro veruno, & per l'inſcrittioni al tutto diuerſe da quelle, che ò ſtampate, ò ſcritte ci ſono capitate inanzi. Quali ſono di quelle Profetie, che ad Anſelmo ſono attribuite: nondimeno in tal' opinione ci hanno indotto, che non pure non ſiano d' Anſelmo; ma tutte affermatamente dell' Abbate medeſimo. Dilche, & nell' Annotationi, & nel ſecondo Volume diſcorreremo. Oltra ciò alcun' altre ſcritture ci ſono ſtate appreſentate, già cento, & trent' anni da un certo Domenico Moreſini gentilhuomo Venetiano aſſai dotto, & di eſſercitato ingegno compoſte, nellequali non all' Abbate, nè ad Anſelmo: ma ad un certo Rabano (non sò, ſe ſia quel monacho, del quale diceſi eßere un libricciuolo de Virtutibus numerorum) ſono attribuite queſte Profetie, che coſi aſſeuerantemente ſi dicono eſſere dell' Abbate Gioachino, & del Veſcouo Anſelmo. Ilche è ſtato principaliſſima cagione, che ci ſiamo propoſti nell' animo di ſcriuere un ſecondo uolume, nelquale ſiano raccolte uarie Profetie oltre le ſopradette dieci figure con un eſpoſitione, qual generalmente abbracci tutte, & ſeruirà ancho à queſte, ſecondo che particolare l'haueuamo ſopra loro inanzi cominciata, che tanto più ſarà dilettеuole, quanto che andarà accordandole inſieme, & moſtrando, come s' accordino molte predittioni

ni de' ſanti huomini, & ſante donne à manifeſtare le calamità ſopraſtanti in queſti noſtri, & ne' nouiſsimi tempi. Tra le quali ſarà ſegnalatiſsima vna della fam ſiſsima Sibilla Erithrea data a' Greci, che andauano à Troia, qual predice le coſe auuenire ſin' al fine del ſecolo, che altre volte è ſtata ueduta in ſtampa; ma molto tronca, & imperfetta: à noi peruenuta nelle mani, tradotta dalla Greca nella Latina lingua dal ſopradetto gentilhuomo Venetiano delquale ſopra habbiamo fatto mentione; con alcune poche, ma importantiſsime annotationi, allequali, oltra la noſtra eſpoſitione ſopradetta, aggiungeremo ancor noi molte oſſeruationi, & delle lettere numerali, & de' varij modi tenuti nell'occultare, ò meſticamente, ò enigmaticamente, ò per via di predire, da gli antichi per i numeri, dilucidando, quanto più per noi ſi potrà, le lettere, e gli Alfabeti inteſi dall' Abbate, & i numeri da lui compreſi, oltra il modo del numerare della ſopradetta Sibilla: trouandoſi ſopra ciò notabili auertimenti laſciatici da gli Antichi Hebrei, Egittij, & Greci. Da quali il diſcoſtarſi mai e ſtato lodeuole, che più preſto hà portato danno alla noſtra cognitione, come ben ſi moſtrarà nel detto volume, dandoui vna rara, & breue dichiaratione ſopra le quattro Monarchie di Daniele, che ſnodarà la viſione della quarta Monarchia. Darà animo alla noſtra induſtria, ſomminiſtrarà forze alla noſtra debolezza, e aggiungerà ſproni a' noſtri ſforzi la tua gratitudine Lettore Amico, ſe non pur leggerai volentieri queſte noſtre Profetie, e le loro varie lettioni, & annotationi ſcritte principalmente contra vno heretico, & mezo Mago: ma ſe inſieme circa ciò ci auiſerai di qualche coſa al propoſito, & arricchirai il noſtro audace incominciamento, ò inuiandoci tu materia atta, ò inſegnandoci, chi in queſto potrebbe fauorirci, acciò che con proſpero corſo, quel volume, che fra pochi giorni hà da vſcire, con felici auſpicij dia le vele a' venti.

IOACHIMI ABBATIS VITA,

PER GABRIELEM BARIVM FRANCISCANVM EDITA.

VIT IOHANNES IOACHIMVS Abbas Mauri Tabellionis,& Gẽmæ filius. Qui non ſine futuræ Sanctitatis portento conceptus fuit. Siquidem matri, cum Ioachimum concepiſſet,iuuenis quidam forma decorus,& lineis candidis ueſtibus amictus per quietem apparuit, eiq́ue dixit. Puerum concepiſti, quem cum parueris,ſi ipſum uiuere cupis, ante ſeptennium baptiſmatis fonte lauari ne ſinas. Eo uerò nato, patri ſuper aram Diui Michaelis Archangeli, quod ſacel-

lum non longe à domo ſuo aberat, puerum aſpicere ui debatur, cuius uertex templi tectum tangeret, & chorum aſtantem albis ueſtibus indutum alta uoce concinentem, Puer natus eſt nobis, alleluia: & filius datus eſt nobis, alleluia. Elapſo ſeptennio, cum pater diem baptiſmatis ſtatuiſſet, mater grauiter ægrotare cœpit, eoque morbo deceſſit. Atque tribus alijs annis defluxis, decimo anno non ſine myſterio puer Baptizatus eſt, & uſque ad quartumdecimum Grammaticæ operam dedit. Atque non multo poſt Hietuſalem religionis gratia perrexit, quo in itinere inopes quoſdam ſuis ſumptibus aluit. Et monachalem habitum albi coloris, & aſperum ſumpſit. Cumque deſerta quædam loca eſſet ingreſſus, nimia ſiti confectus mori ueritus ſabulo ſeobruit, ne inſepultus feris cibus foret, ac dum ſcripturarum intelligentiam meditatur, ſopore corripitur. Et ecce olei flumen, & iuxta hominem ſtantem cernere, ſibique dicentem, bibe de hoc flumine, eique ad ſatietatem bibere uidebatur. Cumque euigilaſſet totius diuinæ ſcripturæ intelligentia illi patuit. In monte, in quo CHRISTVS ſe transfiguraſſe, in ciſterna quadam ueteri totam quadrageſimam uigilijs, obſecrationibus, ieiunis, Himnis, & Pſalmis uacans tranſegit. Nocte uerò Reſurrectionis Dominicæ ingens illi claritatis ſplendor apparuit. Atque ita cœleſti numine afflatus eſt, ut utriuſque Teſtamenti concordiam, omnesque difficultates, & inuolucra intelligeret. Quare totum ſe diuinis lectionibus dedit, triaque opera tum cœpit, concordiam duorum

Te-

Teſtamentorum, expoſitionem in Apocalypſim, & Pſalterium decem chordarum. Ex Hieroſolymis in Siciliam conceſſit, ubi in quodam ſpecu latitans ieiunijs, & orationibus uacabat; & die Mercurij, Veneris, & Saturni nil prorſus guſtabat. Poſtea in Calabriam tranſmiſit: & ſacris initiatus Monaſterij Coratij Abbas eligitur. In eius uita nulla erat intercapedo laboris, ſemper enim autorabat, aut legebat, aut ſcribebat, ſicque pernoctabat aſſiduè. Orabat flexis genibus, manibus, & oculis in cœlum erectis, vultu alacri angelicum præſeferens vultum, ac ſi CHRISTVM præſentem alloqueretur. Quotidie Altaris ſacra peragebat, ac perſæpe lachrymabatur. In Monaſterio, cui nomen eſt Petralata, totam quadrageſimam, Dominicis diebus exceptis, panem tantum, & aquam guſtabat potius, quàm edebat. Claruit multis miraculis. Scripſit Libros quinque concordiæ utriuſque Teſtamenti, quos pridem, ut dixi, inchoauit, adhortante eum Lucio Papa huius nominis Tertio, & inde Vrbano, & Clemente iubentibus, ut in Epiſtolis ipſius Clementis ad illum directa uidere licet. In quibus de quinque ſigillis agens eximia, & arcana myſteria enodauit: & in quinto nonnulla Danielis, & aliorum Prophetarum Capita dilucidauit. Expoſitionem quoque Apocalypſis octo Partium titulis inſigni tam dictorum Pontificum iuſſu elucubrauit. Item Pſalterium decem chordarum tribus Voluminibus diſtinctum exarauit, quorum Primum dedicauit Deo Patri, Secundum Filio, Tertium Spirituiſancto. Quod

opus die Penthecoſtes, ut ipſe dicit, inchoauit, ſcripſit & in Euangelium Iohannis, & contra Iudæos, & ſuper Merlinum, & in Cirilli reuelationem, & Librum de Flore nuncupatum de Sũmis Pontificibus, & Librum de Conſolatione, & Sententiarum uolumen egregium, & in Erithream. Item Henrici Sexti Cæſaris rogatu anno à CHRISTO nato. M. CLXXXXVII. ad eundem, ut ipſemet ſuper Hieremiam refert, & in nonnulla Capita Nahum, Abacuch, Zachariæ, & Malachiæ Prophetarum. Scripſit, & in Hieremiam, in quibus eum ſpiritum Prophetiæ habuiſſe manifeſtum eſt. Pleraque enim eſt uaticinatus, quorum multa adimpleta ſunt, cætera adimplenda ſuperſunt. Nam & Græciam ob perfidiam in Romanam Eccleſiam gentibus dandam, & Prædicatorum, ac Minorum Ordinis initiatores mox futuros, quinetiam in Ianuis Eccleſiæ prædixit. Et quidem cum hæc præſagiuit, ipſi in mundo erant, ſed, qui futuri eſſent, ignoti, Ordines autem initiarunt paucis poſt annis, quàm ille prædixerat, utpotè Diuus Dominicus tribus, Diuus Franciſcus nouem. Quos vel Venetijs in diui Marci delubro, quod Salomonis Templi inſtar fieri curauit, effingi fecit. In cuius pauimento, parietibuſque, ac fornicibus, teſtudinibuſque ſimulacra alia pleraque effigiata emblemate, uermiculatoque opere futura protendentia, quæ in dies exitus comprobat, formari, atque effingi fecit. Efflauit animam in Monaſterij Floris loco, qui Canalis dicitur, Cœnobitis ſuis benedicens, Eius corpus poſtea in Monaſterium Florenſe

ſe translatum eſt. Ex Cœnobitis eius, qui ipſo uiuente ſanctitate floruerunt, hi ſunt, Peregrinus, & eius frater Bonatius, quibus futuram, & proximam tribulationem reuelauit. Lucas eius ſcriba, qui poſtea Epiſcopus Conſentinus fuit, Gerardus Abbas, Iohannes, & Nicolaus, quorum alter Abbas Monaſterij Coratij fuit, alter iſtius uices gerebat: item Matthæus, qui poſt Ioachimum Abbas Floriacenſis fuit, & poſtea Tarentinus Epiſcopus, Rogerius Diaconus Eccleſiæ Seuerinatis, Petrus, & Nicolaus, Qui omnes ſanctæ uitæ uiri extiterunt. De Abbate autem ipſo Ioachimo Guilielmus Pariſienſis in Libro de Virtutibus ſic dicit. Debes ſcire, quia donum intellectus tantæ claritatis eſt, & acuminis in quibuſdam, ut ualde aſſimiletur ſpiritui Prophetiæ, qualem crediderunt nonnulli fuiſſe in Abbate Ioachimo. Et ipſemet de ſeipſo dixiſſe dicitur, quia non erat ei datus ſpiritus Prophetiæ, ſed ſpiritus intelligentiæ. Si quis autem inſpexerit Libros eius, quos ſcripſit ſuper Apocalypſim, & ſuper concordiam duorum Teſtamentorum, mirabitur donum intellectus in eo, uerum in Libris ſuper Prophetas liquet fuiſſe in eo ſpiritum Prophetiæ. Licet quidam diuinarum litterarum ignari negent ipſum fuiſſe Prophetam, quòd CHRISTVS Apoſtolis dixerit. Non eſt ueſtrum noſſe tempora, uel momenta: & alibi, Omnes Prophetæ, & lex vſque ad Iohannem prophetauerunt. Quod utique de primo CHRISTI Aduentu intelligendum eſt. Vt Hieronymus in Matt. & in Amos, Iohan. Chriſoſt. & Athan. in

ſecun-

ſecundam Epiſt. Pauli ad Cor. & Auguſt. contra Fauſtum aſſerunt. Iam vero in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ, Prophetas fuiſſe Lucas in Actibus Apoſtolorum ſcribit. Et Agabus, & quatuor Philippi filiæ, & Corinthi, & Apoſtoli ipſi prophetauerunt, ut paſſim in Epiſtolis Pauli uidere licet. Et Iuſtinus Philoſophns, & Martyr apud Euſebium Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Libro Quarto, uſque ad tempora ſua Prophetiæ gratiam in Eccleſijs floruiſſe ait. Quid multis opus eſt uerbis? Cum Ioel, Apoſtolos, aliosque in Eccleſia prophetaturos prædixerit, ut Petrus in Actibus Apoſtolorum dicit, & CHRISTVS, ſe ad Iudæos, inter cæteros, Prophetas etiam miſſurum, ab ipſis in Synagogis ſuis occidendos, dicit. Nam, ait Amos, non faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos Prophetas. Cur autem Deus ſecreta ſua ſeruis ſuis reuelat, & quare non neceſſe eſt omnia fieri, quæ dicit, qui ſcire cupit, legat Hieronymum in Ionam, & in Ezechielem. Alij quidam Ioachimum vti Hæreticum calumniantur, quòd Innocentius Tertius libellum quendam Ioachimi nomine, hoc eſt, iniuſtam aduerſus Petrũ Lombardum reprehenſionem in Concilio damnarit. Cum ipſe, in Epiſtola, quam propria manu exarauit, firmiter, & humiliter fatetur ſe eam fidem tenere, quam Romana tenet eccleſia, iubetque cuncta ſua opera compoſita, & componenda ſummo Pontifici aſſignari, quæ ipſemet morte fortaſſe præuentus offerre non ualuerat, Apoſtolicæ Sedis iudicio approbanda, & corrigenda. Idipſum Innocen-

tius ipse in Decretali illas asserit. Exstat in Bibliotheca Vaticana Epistola Honorij Tertij Rom. Pont. ad Episcopum Lucan. in fauorem Ioachimi aduersus eius ob trectatores, quæ hæc est. Ad audientiam nostram nouerit is peruenisse, quòd cum Abbatem, & Monachos Ordinis Floris de crimine hæreticæ prauitatis infamas, & à tuis permittis subditis infamari sumens occasionem ex eo, quòd felicis memoriæ Innocentius Papa prædecessor noster libellũ, siue Tractatum, quem Abbas Ioachimus eiusdem Ordinis institutor edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de unitate, seu essentia Trinitatis generali approbante Concilio damnauit. Cum igitur idem prædecessor noster in sententia prædictæ damnationis expresserit, quòd per hoc Florensi Monasterio nolebat aliquatenus derogari quoniam, & in eo & regularis est institutio, & obseruantia singularis, idemque Ioachimus omnia scripta sua ipsi prædecessori nostro assignari mandaret Apostolicæ Sedis approbanda iudicio, uel etiam corrigenda, dicens Epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ disponente Deo mater est cunctorum fidelium, & magistra. Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus Fratres Ordinis supradicti super hæreseos crimine nec ipse infamare præsumas, nec à subditis tuis permittas, seu aliquatenus dissimulas infamari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum iiij. nonas Decembris, Pontificatus nostri Anno primo.

SPECIES COELI IN VISIONE GLORIÆ.

Ecclesiastici Cap. 43.

A5

LA VITA
DELL'ABBATE GIOACHINO
COMPOSTA PER GABRIELLE BARRIO FRANCISCANO.

L'Abbate Giovan Gioachino fu figliuolo di Mauro Tabellione,& di Gemma. Ilquale non senza prodigio di futura santità fù generato. Poiche, hauendolo conceputo la Matre dormendo li apparue vn bel giouane uestito di uesti bianche di Lino, & disse; Tu hai conceputo vn figliuolo, ilquale quando parturirai, se vuoi, che viua, non mancare farlo battezare, auanti il settimo anno. Essendo nato pareua al Patre veder il bambino sopra l'Altare di San Michel'Arcan-

gelo, che è vna Capella poco diſcoſta dalla ſua caſa, che con la teſta toccaua il tetto della Chieſa, & il coro che era preſente veſtito di bianche veſti cantaua ad alta uoce: Puer natus eſt nobis, alleluia, & filius datus eſt nobis, alleluia. Paſſato il Settimo Anno, hauendo deliberato il Patre il dì del Batteſimo, la Matre ſi ammalò grauemente, della qual infirmità morì. Et eſſendo paſſati altri Anni tre, nell'Anno decimo, non ſenza miſterio il fanciullo fu Battezato, & fino al quartodecimo Anno di ſua età diede opera alla Grammatica. Et non molto doppò andò in Gieruſalemme Religioſamente, nel qual Viaggio nutrì con ſue ſpeſe alcuni poueri. Et pigliò habito Monaſtico di color bianco, & aſpro: Oue eſſendo entrato in certi luoghi deſerti, dubitando di morire per la gran ſete c'hebbe ſi atterrò di arena, acciò ſtando inſepolto non fuſſe dalle Fiere diuorato; & coſi ſepolto ſtando, mentre contempla la Sacra ſcrittura fu dal ſonno preſo: Et ecco che gli pare vedere vn Fiume di Oglio, & un'huomo da vicino, che ſtaua in piè, il quale le diceua; Beui di queſto Fiume: & lui ne beuuè à ſatietà. Et eſſendo ſueglia to gli aperſe l'intelligentia di tutta la Sacra ſcrittura. Nel monte poi nel quale Chriſto ſi trasfigurò, in vna Ciſterna vecchia paſsò tutta una Quadrageſima con Vigilie, Orationi, Digiuni, Hinni, & Salmi: & la notte della Reſurrettione del Signore gli apparue vn gran ſplendore. Et così ſi empì di diuinità, per intendere la Concordanza del Vecchio, & Nuouo Teſtamento; & ogni difficultà, & oſcurità di eſſi. Perche tutto

si diede alle Diuine lettioni, & allhora cominciò tre opere, cioè, La Concordia duorum Testamentorum; Expositio in Apocalipsim; & Psalterium decem cordarum: & venendo da Gierusalemme in Sicilia, doue in vna certa spelonca si ascose, attendendo à digiuni, & orationi, li Mercordì, Venerdì, & Sabbathi, niente totalmente gustaua. Dapoi passò in Calabria; & riceuendo gli Ordini Sacri fù eletto Abbate del Monastero di Coratio. Nella sua Vita non mai riposò della fatica, che, ò oraua, ò leggeua, ò scriueua sempre; & cosi assiduamente passaua le notti. Oraua inginocchiato, con le mani, & occhi alzati al Cielo; & si mostraua sì allegro nel volto, come che se parlasse in presentia di CHRISTO. Ogni giorno ministraua il Sacrificio dell'Altare, & molto spesso lagrimaua. Nel Monastero, chiamato Petr'alta, tutta la Quadragesima, eccetto li giorni di Domenica, passaua in pane, & acqua, & sì poco, che più presto si potea dire gustare, che mangiare. Fù chiaro in molti miracoli. Scrisse cinque Libri della Concordia; dell'uno, e l'altro Testamento, qual cosa (come dissi auanti) cominciò per detto di Lucio Papa Terzo, & doppo per comandamento di Vrbano, e Clemente; come si può vedere per una Epistola mandatagli da esso Clemente. Nelli quali Libri trattò de Quinque Sigillis, con modo eccellente, & secreti misterij; & nel Quinto dilucidò alcuni Capi di Danielle: & d'altri Profeti. Per ordine anco di detti Pontefici compose l'Espositione dell'Apocalisse di titoli signata. Di

più ſcriſſe Pſalterium decem cordarum, diuiſo in tre Volumi, il Primo de i quali dedicò à Dio Padre; il Secondo al Figliuolo; & il Terzo allo Spiritoſanto. La qual Opera nel giorno della Pentecoſte; come egli dice, cominciò, & ſcriſſe ſopra l'Euangelio di Giouanni; & contra li Giudei; & ſopra Merlino; & in Cirilli reuelationem, & un Libro di Fiore, chiamato de Summis Pontificibus; & un Libro di Conſolatione; & vn Volume egregio di Sententie; & in Erithream. Ancora a' prieghi di Henrico Seſto Imperatore, nell'Anno di CHRISTO 1197. come lui medeſimo dice, ſcriſſe ſopra Gieremia, Eſaia, & ſopra alcuni Capi di Profeti, Naum, Abacuch, Zacharia, e Malachia. Scriſſe ſopra Gieremia, ne' quali ſcritti ſi manifeſta lui hauer hauuto lo ſpirito Profetico. Molte coſe ha Profetato, delle quali alcune ſono adempiute, l'altre reſtano ad adempirſi. Però prediſſe, che la Grecia, douea ſoggiogarſi dalle genti, per l'inobedientia, & perfidia contra la Romana Chieſa; & prediſſe che l'Ordine de' Predicatori, & l'Ordine de' Minori, preſto da cominciare, & inſtituire doueanſi, anzi eſſer uicini alle Porte della Chieſa, & certo quando profetaua queſte coſe, gli Fondatori di tali Ordini nel Mondo già erano; ma incogniti, quali doueano eſſere: ma gli Ordini cominciorno dopò pochi Anni, che furono predetti, cioè di San Domenico tre Anni, di San Franceſco noue. Li quali in Venetia, nella Chieſa di San Marco, qual fè fare à ſomiglianza del Tempio di Salomone, li fè ritrarre. Nel pauimento anco

di

di dett Chieſa, nelli muri, & nelli archi della tribuna fe pingere, & formare molte altre imagini figurate di muſaico, & d'opre ſottili, dimoſtranti coſe future, lequali di giorno in giorno per la loro riuſcita ſi approuano. Paſsò coſtui da queſta vita nel Monaſterio del loco de Fiore, quale hà nome Canale, benedicendo li ſuoi Monachi. Il cui corpo dapoi fu transferito nel Monaſterio Florenſe. Alcuni de' ſuoi Monachi al ſuo tempo fiorirono di ſantità, quai furono Peregrino, & ſuo fratello Bonatio, alli quali reuelò la proſſima futura tribulatione. Luca ſuo Scriuano, qual poi fu Veſcouo Coſentino, Gerardo Abbate, Giouanni, & Nicolò, l'uno de' quali fu Abbate del Monaſterio di Coratio, l'altro ſuo Locotenente; Matteo ilqual ſucceſſe à Gioachino nell'Abbatia di Fiore, & dopò fu fatto Veſcouo Tarentino; Ruggiero Diacono della Chieſa di Seuerina; & Pietro, & Nicolò. Tutti coſtoro furono huomini di ſanta uita. Ma di eſſo Abbate Gioachino Guglielmo Pariſienſe nel Libro De Virtutibus, coſi dice; Saper dei, che'l dono dell'intelletto in alcuni è di tal chiarezza, & acutezza, che pare che grandemente s'aſſomigli allo ſpirito di Profetia, quale alcuni hanno creduto eſſer ſtato nell'Abbate Gioachino. Et l'iſteſſo diceſi hauer di ſe medeſimo detto, che non gli fu donato lo ſpirito di Profetia, ma lo ſpirito della intelligentia. Ma s'alcuno guardarà quei ſuoi Libri ſopra l'Apocaliſſe, & ſopra la Concordia delli due Teſtamenti, ritrouerà in eſſo marauiglioſo dono dell'intelletto, nel-

li

li Libri poi ſopra i Profeti ſi manifeſta hauer hauuto lo ſpirito di Profetia. Quantunque certi ignoranti delle Sacre lettere negano, che fuſſe ſtato Profeta; perche CHRISTO habbia à gli Apoſtoli detto; Non eſt ueſtrum noſſe tempora, uel momenta. & altroue, Omnes Prophetæ, & lex uſque ad Iohannem prophetauerunt: la qual coſa ſi deue intendere della prima uenuta di CHRISTO: come dicono Girolamo ſopra Matteo, & ſopra Amos; & Giouanni Chriſoſtomo, & Athanagio ſopra la ſeconda Epiſtola di Paolo à Corinthi; & Auguſtino contra Fauſto. Già nella Chieſa, che era in Antiochia, come Luca nelli Atti de gli Apoſtoli ſcriue, ui furono Profeti. Et Agabo, & quattro figliuole di Filippo, & in Corintho, & eſſi Apoſtoli profetizorno, come ſi può uedere per tutto nelle Epiſtole di Paolo. Et Giuſtino Filoſofo, & Martire appreſſo Euſebio nel Libro Quarto della Eccleſiaſtica Hiſtoria dice, fin'al ſuo tempo hauer fiorito nella Chieſa la gratia della Profetia. Ma à che biſogna tante parole, ſe Gioele Profeta prediſſe, che gli Apoſtoli, & altri della Chieſa profetariano, come dice Pietro nelli Atti de gli Apoſtoli. Et CHRISTO diſſe a' Giudei, che mandarebbe tra gli altri i Profeti, iquali ſarebbono da eſſi uccisi nelle loro Sinagoghe: & il Profeta Amos dice, che non farebbe il Signor Dio alcuna parola, che non habbia à riuelare il ſuo ſecreto a' Profeti ſuoi ſerui. Ma chi deſidera ſapere, perche Iddio riuela i ſuoi ſecreti a' ſuoi ſerui; & perche non è neceſſario farſi ogni coſa, che dice, legga

Girola-

Girolamo ſopra Giona, & ſopra Ezechiele. Altri ingiuſtamente accuſano Gioachino come Heretico; perche Innocentio Papa Terzo, nel Concilio habbia reprobato, & dannato un certo Libretto di Gioachino, come ingiuſta riprenſione contra Pietro Lombardo. Confeſſando lui in una lettera, che di ſua mano ſcriſſe, che fermamente, & humilmente quella Fede tiene, che la Romana Chieſa tiene: comandando che tutte le ſue opere compoſte, & da comporſi, ſi deueſſero al ſommo Pontefice conſegnare, quando, che lui ſteſſo, ſopragiongendogli la morte, non poteſſe offerirle, per farle approuare, e correggere dal giudicio della Sede Apoſtolica, il medeſimo dice eſſo Innocentio in quella Decretale. Nella Libraria di San Pietro di Roma, è una Epiſtola di Honorio Papa Terzo, mandata al Veſcouo Lucanenſe in fauore di Gioachino, contra li ſuoi detrattori di tal modo, Habbiamo udito, che tu infami, & anco permetti, che li tuoi ſudditi infamino di heretica prauità l'Abbate Gioachino, & li Monachi dell'Ordine di Fiore; togliendo occaſione, che Innocentio Papa, noſtro predeceſſore di felice memoria, habbia dannato, con approuatione del Concilio generale, un Libretto, ò Trattato, qual eſſo Abbate Gioachino, inſtitutore dell'Ordine detto, compoſe contra Maeſtro Pietro Lombardo, dell'unità, ò dell'eſſentia della Trinità. Hauendo dunque eſpreſſo il ſudetto noſtro predeceſſore nella ſentenza della detta dannatione, che perciò non uoleua punto derogare al Monaſterio Florenſe. Poſcia che ui è regolare inſtitutione

ſtitutione, & ſingolar oſſeruanza, & il medeſimo Gioachino commandò, che tutti li ſuoi ſcritti ſi conſegnaſſero al detto noſtro predeceſſore, acciò per giudicio della Sede Apoſtolica s'approuaſſero, ò pur ſi correggeſſero; dittando vna Epiſtola, in cui ſi ſottoſcriſſe di ſua mano, nella quale fermamente confeſſa, che tiene la Romana Chieſa, la qual per diſpoſitione di Dio è Matre,& Maeſtra di tutti i fideli. Comandamo à tua fraternità per li ſcritti Apoſtolici, che non preſumi infamare li Frati del detto Ordine, ſopra il peccato di hereſia, nè habbi à permettere, ouero alquanto diſſimulare, che da' tuoi ſudditi ſieno infamati.

Data in Roma appreſſo San Pietro, a' 4. di Decembre l'Anno primo del noſtro Pontificato.

Futuri Pontificis Notæ, et Indicia ex uetustissimis manuscriptis Vaticinijs.

Rupe ueni inculta, nec lętis pascua campis
Nunc pateant, animal dulcia pande ferox.
Vrbis successus turbantes cuncta, trucesq;
Eueniant, natos bellua sæua uoret.
Roma tuis lacrymis totus iam personat orbis,
Hoc tamen ipsa uides læta uigere pios.
Se tibi iam magno fulgens demittit Olympo
En Deus omnipotens, porrigit atque manus.

SPECIES COELI IN VISIONE GLORIÆ.
Ecclesiastici Cap. 43.

A

STELLAS CONGREGAVIT,
vt luceant in firmamento Cœli.

VATICINIVM
PRIMVM.

VATICINIO
PRIMO.

Congregherà le Stelle, acciò lucano nel firmamento del Cielo.

VATICINIVM PRIMVM.

ASCENDE Calue, vt [a] ne amplius decalueris, qui non vereris decaluare ſponſam: vt comam vrſæ nutrias. vade, & paſce columbam granis puriſſimis à fera peſsima conculcandis. Sed caue, ne fatua pietate deluſus grana infecta, quibus vrſam paſcis, columbæ [b] non propines, [c] quæ cibo infecta grauiter infirmetur, tardè, & difficulter curanda.

a al. aliqui adimunt negationem.

b al. hic quoq; negatio in aliquibus deeſt.
c al. ne tali cibo, &c.

VATICINIO PRIMO.

MORTO, [a] *& hora ſmenticato aſpetto conoſcono molti anchorche niuno* [b] *coſtui ueda, dalla Deità* [c] *manifeſtato fuor di ſperanza tenirà i ſcettri di queſto imperio. Perciochè* [d] *parimẽte manifeſtato in cielo il precone inuiſibile tre fiate grãdemente gridarà. Andate cõ preſtezza all'occidente della Città de i ſette colli, troncarete un'huomo habitatore amico mio, portate queſto nelle Regali Sedie, caluo, mãſueto, piaceuole, di alta mente, acutiſſimo principalmente à uedere le coſe future.* [e] *In te hauerai l'imperio della Città de i ſette colli.*

a al. Chi ſtà legato inanzi lui dinõtia il ſtato mõdano douerſi oſcurare, & dolere eſſendo lui incarcerato. Piange, quaſi morto, non ſi vede, & è ſmenticato il ſuo aſpetto, &c.
b al. giuſto.
c al. alicui aggiongono, & dall'Oriente.
d al. il ſtilo.
e al. medeſimamente hauerà.

[a] Præhonoratio concordia erit

[a] al. habent tantum. Prohonoratio. alii. Preuaricatio.

VATICINIVM XXVIII.

VATICINIO XXVIII.

[a] *L'honore anticipato sarà concordia.*

[a] Alcuni hanno solo. Prohonoratione. altri. Preuaricatione.

VATICINIVM XXX.

BONAM vitam inueniſti ab inglo riatione, à virtute autem accepiſti pluſquam à fortuna, ſed nequaquam virtuoſam lucraberis gratiam, [a] Inuidia enim contingent iudicia tibi nocentia, non priuaberis à ſorte deſuper. Væ ciuitas ſanguinum vniuerſa mendacij dilaceratione plena, non recedet à te rapina, uox flagili, uox impetus rotæ, & equi [b] frementis.

Cor [c] feræ detur ei, & ſeptem tempora [d] mutentur ſuper eum.

Cor eius ab abominatione (uel habitatione) [e] immutetur.

FINIS.

[a] al. Inuidia .n. contingens iudicia tibi nocentia inducet, vt priueris à ſole deſuper.
Vel. Inuidia.n. contingẽtes iudicia tibi recentia, non priuaberis à ſorte deſuper.
[b] al. feruentis.
[c] al. ferreum.
[d] al. mutabuntur.
[e] al. commutabitur.

VATICINIO XXX.

HAI *ritrouato la buona uita dall'ingloriatione, ma dalla uirtù hai riceuuto più, che dalla fortuna, ma non guadagnerai la uirtuoſa gratia.* [a] *Percioche per inuidia ti accaderanno giudicij nocenti, non ſarai priuato dalla ſorte di ſopra. Guai Città de i ſangui tutta piena del ſtraccio della bugia, non ſi partirà da te la rapina, la uoce del flagello, la uoce dell'impeto della ruota, e del cauallo* [b] *fremente.*

Il cor [c] *di fiera ſia dato à lui, & ſette tempi* [d] *ſiano mutati ſopra lui.*

Il cor di quello dall'abominatione (ò habitatione) [e] *ſia cambiato.*

[a] al. Percioche accadẽdoti l'inuidia indurrà giudicii à te nocenti, acciò ſij priuato dal Sole di ſopra. Ouero, percioche gl'inuidioſi che accadono giudicij freſchi à te, non ſara priuato dalla ſorte di ſopra.
[b] al. feruente.
[c] al. di ferro.
[d] al. ſaranno mutati.
[e] al. ſarà cambiato.

IL FINE.

Patisſahomoz ghelur, Csiaferun memleketi alur, Kurulalmai alur, Kapzeiler, iediyladegh Giaur Keleci csikmaſſe, on iki yladegh onlarum beghligheder: eusi iapar, baghi diker, babesai baghlar, oglukezi olur: on ikiyldenſſora Hriſtianon keleci csikar, ol Turki ghereſſine tuskure.

ORACVLVM TVRCICVM
MAGNÆ CONSIDERATIONIS.

IMPERATOR noſter ueniet, Ethnici Principis Regnum capiet, rubrum quoque pomum capiet, in ſuam poteſtatem rediget: quòd ſi in ſeptimum uſq; annum Chriſtianorum gladius non inſurrexit, uſque ad duodecimum annum eis dominabitur: domos ędificabit, uineas plantabit, hortos ſepibus emuniet, liberos procreabit, poſt duodecimum annum, ex quo rubrum pomum in illius poteſtatem redactum fuerit, apparebit Chriſtianorum gladius, qui Turcam quaqua uerſum in fugam aget.

ORACOLO TVRCHESCO
DI GRAN CONSIDERATIONE.

L'IMPERATOR *noſtro venirà, prenderà'l regno d'vn Principe gentile, ancora prenderà vn pomo roſſo, lo ridurrà in ſuo potere: Che ſe inſin'al ſettimo anno non s'è leuato la ſpada de' Chriſtiani, ſin'al duodecimo anno gli ſignoreggierà, edificherà caſe, pianterà vigne, ſortificherà gli horti con le ſiepi, genererà figliuoli; doppo'l duodecimo anno, che ſarà ſtato ridotto in ſuo potere il pomo roſſo, apparirà la ſpada de' Chriſtiani, che per tutte le parti caccierà in fuga il Turco.*

DE S. FR. DE XABREGAS DAL VRARIA
85

IN VATICINIA IOACHIMI, ET ANSELMI, PASCHALINI REGISELMI Adnotationes, & Animaduersiones.

Pag. 1. *Vaticinia Abbatis Ioachimi, &c. & Anselmi, &c.*

MANVSCRIPTORVM exemplarium ope fretus id semper mihi uisum hæc solius Ioachimi esse Vaticinia, & non continuata serie expleri, ut quidam uolunt nos id aliquibus in Vaticinijs nunc demonstrabimus. Sed, quod instat, agamus. Quidam liber excerptorum manu Dominici Mauroceni, qui anno 1454. in uiuis erat, ea Rabano tribuit. Græci recentiores sub nomine Leonis sapientis Imperatoris quondam Constantinopolitani circumferunt, pulchra efficta fabella, etiamnum extare Constantinopoli dicentis columnam quandam, in qua omnia incisa habeantur, verùm imaginibus non ad eundem modum penitus se habentibus, sed paulo aliter, & referentibus quosdam futuros successus Iambicis carminibus (si dijs placet) expressos. Percontatus sum peritissimos uiros, & clarissimos, qui Constantinopoli diu fuere, ipsi hæc non modò

modò riſere, ſed etiam aſſeruere nihil extare nec in Hippodromo, nec alibi, etſi columna quędam ærea tribus ſerpentibus mutuò connexis fabrefacta, & in ſuperiori parte capita exerentibus cernatur. Cuius & Petrus Gyllius Gallus diligentiſsimus ſcriptor meminerit in ſua Conſtantinopoleos Topographia, illam his uerbis deſcribens. lib. 2. cap. 13.

Extat etiam in eodem ordine altera columna ærea, ſtriata, non quidem canaliculis rugas matronalium ſtolarum referentibus; ſed ſpiris trium ſerpentum, inter ſe circumplicatarum, non ſurſum uerſus directis, ſed tortis in modum tororum. Quos ualde eminentes exprimunt magni funes, & deſinentibus in caput triceps trium ſerpentum, quarum capita in triquetram formam diſpoſita longè eminent, ſupra columnæ toroſum ſcapum. Quamobrem fuerit hęc columna poſita, Conſtantinopolitani multa fingunt, ſed nugatoria omnia, ignorantes maiorum ſuorum Hiſtorias. Inter quos Zoſimus ſcribit Conſtantinum magnum in Hippodromo ſtatuiſſe Apollinis, Delphici tripodem in ſeipſo habentem ipſius Apollinis ſtatuam. Sozomenus Salaminius adiungit, Conſtantinum non modò tripodes Delphicos in Hippodromo poſuiſſe, ſed etiam celebratiſsimum tripodem, quem Pauſanias Lacedemonius, atque Vrbes Græcæ poſt bellum Medicum Apollini Delphico conſecrarunt. Euſebius clarius tradit Conſtantinum in quadam Conſtantinopolis parte Sminthium Apollinem ſtatuiſſe, in Hippodromo autem conſtituiſſe Pythium tripodem, circa quem Serpens in ſpiras uolueretur. Ex quibus ueriſimile uidetur tripodem illum ſtatutum fuiſſe ſupra hanc columnam æream tricipitem, ut erat apud Delphos ex Herodoto, qui tradit ex decimis manubiarum Perſicarum tripodem aureum factum in Delphis collocatum fuiſſe ſupra ſerpentem tricipitem æream, atque idem affert Perſis ad Plateas uictis tripodem aureum ibi repertum redditum fuiſſe Deo Delphico, inſiſtentem ſupra triplicem ex ære

colubrum proximè aram. Similiter errant, qui putant hanc columnam nunc æream, olim inauratam, ſpoliatam auro fuiſſe à Turcis: cum multis ſæculis ante Turcos aurum detractũ fuerit, ut liquet ex Pauſania. Commune (inquit) Græcorum de Plateenſi prælio donum, aureus tripos ſuſtentatus æreo dracone, æsque Pauſaniæ ætate manſit ex eo donario integrum, auri quod fuit, Duces Phocenſium amouerunt. Hucuſque Gyllius. Nos ſuum unicuiq; iudicium relinquemus, pro conſtanti omnia Ioachimi eſſe dicentes, & uana ſomniare qui aliter cenſeant, ſiue Græci, ſiue Latini homines.

VATICINIVM I.

EX ſatis uetuſto exemplari manuſcripto huiuſmodi imaginem habuimus, quæ etſi differt ab impreſſione Germanica, nos id ratione uetuſtatis mutauimus: cum præſertim illud manuſcriptum non tantum in imaginibus: uerum etiam in Vaticinijs emendatiſſimum fuerit.

VATICINIVM IIII.

RVBVM hìc expreſimus ex imagine aurea teſſellata in D. Marci templo hìc Venetiis, quod nobis ex libello Illuſtriſſimus Vir oſtendit: cauſas nunc reticemus, quas in medium afferre poſſemus, cur non amplius, & illa, & complures aliæ imagines non uideantur, quæ non tantum Ioachimi cœleſtem, diuinamque prædicendi uim teſtatam faciebant: ſed etiam plurimarum rerum futurarum caſus clariſſimè indicabant. Aliàs dabitur fortaſſe de his differendi locus.

VATICINIVM VI.

IN HIS Vaticinijs ordo à quarto uſque ad ſeptimum eſt admodum perturbatus in omnibus exemplaribus, nos

nos manuſcripta potius, quàm impreſſa ſecuti ſumus. Verùm ridendus admodum, qui gallos, & anſeres ſomniat, nam exemplar ab hinc trecentis ferè annis affabrè depictum huius ueritatem demonſtrauit, & detexit. Cui etiam teſſellatæ imagines aureæ ædis reſpondent, maiori fide dignæ, quàm cuiuſque teſtimonium, deſcriptio, picturaque.

VATICINIVM VII.

Scaliger dum in hæreticum hominem inuehitur, iure reprehendit, tanquam pſeudomagum. Draco enim hìc Eccleſiæ perſecutorem aliquem ſignificat; Columba uerò oliuæ ramum geſtans, quid aliud, quàm Eccleſiam pace diuinitus fruentem, & cuiuſque minas, & perſecutiones contemnentem, minimeque reformidantem, ſignificare dixerim. Benedictum Vndecimum hac imagine expreſſim ait ipſe Scaliger, hominem miræ ſanctitatis. Equidem nulli, niſi ſanctitate præſtanti uiro conueniebat Draconem, hoc eſt, perſecutiones contemnere, & Eccleſiæ pacem cuſtodire.

VATICINIVM IX.

Est in aliquibus Aquila ſuper claues, eſt Columba, nos illud noſtrum ſecuti ſumus, qui coruum ſuper claues reſidentem pingit, quaſi innuere uelit aliquem crocitando Eccleſiam, & eius uoces peſſum dare uoluiſſe, quod tamen Agno immaculato defendente, licet attrociter, & impiè transfixo, haud ſucceſsit. Sciant omnes docti, & harum rerum curioſi inueſtigatores in his Vaticinijs ea, quæ homines uerè, & in propria forma referunt, Pontifices referre, uel quicquid magis ad hominem accedit: cætera, quæ ab eo recedunt, ad alia extra ipſos Pontifices reduci debere. Hinc perperam huiuſmodi conſideratio accepta non

non tantum hæreticum, & pſeudomagum à Scaligero reprehenſum in errores traxit: ſed plures ſe inextricabilibus labyrinthis implicauere, qui hæc ad inanes inuentiones, & futiles ſui capitis cogitationes applicauere.

VATICINIVM XV.

IN præfatione diximus aliquos hæc vaticinia tranſacta, & præterita fuiſſe magnis, & probabilibus coniecturis aſſerere, alios rotæ ſimilia circumuolui pertinaciter defendere; nobis autem perſuaſum eſt, non ſibi cohærere hæc ita ut coniunctè ferantur, nec ita circumuolui, ut cum ad poſtremum deuentum fuerit, ad primum regrediamur: ſed per interualla temporum hæc ſuos euentus habere, & tantum maximis rerum, & ſucceſſuum demonſtrationibus, & effectibus expleri, & agitari. Nos etſi mathematicas demonſtrationes huiuſce ſententiæ non ſimus in medium allaturi: id tamen compertum nobis eſt, huiuſmodi artem vaticinandi Abbatem in Oriente didiciſſe, & numeris inſtructum, & fretum ea ſcrutatus eſt, quæ poſtea obſcurè ſuis dictis, figuriſque inuoluit. Potuiſſemus etiam in ſuperioribus Vaticinijs aliqua recenſere ad literas numerales, & ad numerorum figuras attinentia; verum hic locus nobis aptior uiſus, in quo aliquod ſpecimen huiuſce opinionis præberemus: nec miretur quiſpiam, ſi breuiores erimus, nec omnia dixerimus, quæ de hac arte diſſeri poſſent. Sciant omnes, nobis ſatis eſſe nunc tantum attingere, uberius illa tractaturi, ſi primos hos fructus hominum guſtibus gratos fuiſſe intelligemus. Eſt orientalis natio (ut rem tandem aggrediar) admodum Vaticinijs dedita, huic admodum familiaris ſuis peregrinationibus Ioachimus Abbas fuit, præſertim Græcis, & ob linguam, quam callebat, cum in magna Græcia natus eſſet, in qua hodie etiam Græca uerba reſonare audimus. Eſt igitur admodum domeſticum, & tritum inter

ter eos, ex principio, & fine ſuarum cogitationum ſibi uiam ad cognoſcendos futuros exitus Rythmomantia præſtruere. Hanc ſecutus eſt Abbas ipſe, dum quindecim imagines per quindecim numerorum curriculum protraxit. Itaque (ut eſt in confeſſo apud omnes) cum anno 1277. incepiſſet per interſtitia, interualla interrupta, & non continuata ſerie quindecies multiplici aggreſſione numeri illarum ſignificationes futuras vidit, vaticinatusque produxit, ſicque ex numeris, à primo impari, uſque ad ultimum imparem, vnitate ſubtracta, in ſe ductis, numerum ducentorum vigintiquinque annorum concluſit, in quibus quot, quantaque ſuperuentura eſſent Dei Eccleſiæ vſque ad finem Pontificatus Alexandri VI. prædixit. Altiora ſpeculantes poſſent plura in medium afferre: præſertim cum hæc ſatis conueniant cum Hebræorum Secundeis, ſiue Intelligentijs regentibus orbem, quarum Tritthemius proprio de ijs libro conſcripto, meminit, interim ſilentio præteriens quidnam occultiores, & ſecretiores Hebræorum ſapientes ſuis Ziruphim abſcondant. Certè hoc noſtro indicio veritatem Vaticinij huius quiſque peritus, & acumine pollens ex hiſtoria, eruet, & facilius præcedentia intelliget, ad Pſeudomagi in quem inſurgit Scaliger, ſtultitiam, & hæreſim coarguendam, & ad ſeriem ſubſequentium clarius conſtituendam, & facilius enodandam.

VATICINIVM XVI.

CVIDAM Anſelmo Epiſcopo adſcribuntur ſequentia, nos Ioachimo, alij Rabano cuidam accepta ferunt, ſuum eſto cuiuſque iudicium per me ſartum tectum, modò ſuperioribus connectantur. Quorum ſerie eundem annorum numerum claudi cenſemus, quo ſuperiora circumſcripta ſunt: atque ita ijſdem rationibus ductis ad 1277. duci: cuius numeri in fine harum adnotationum ſignificationem

nem partim explicabimus, dum Turcici, seu Arabici Vaticinij euentum de Otthomanico Imperio persequigabimus. Curiosi verò hoc ad Iulium II. referant: neque enim Pius III. hìc annectendus, qui tantummodò paucos dies in Pontificatu superfuit, admoneanturque iterum (quod & in præfatione dictum est) nec Pontifices breuioris temporis, nec Pontificatus successibus magnorum euentuum carentes (quicquid garriant cæteri) his Vaticinijs comprehendi. Hoc quoque admonitos volo, Iulium II. à duobus Cardinalibus Venetis Dominico Grimano, & Marco Cornelio, tunc conclaui præsidentibus, & maiorem votorum partem à se habentibus renunciatum fuisse.

VATICINIVM XVII.

INTER plura exemplaria manuscripta vetustissimus nobis allatus est libellus, in quo decem tantum habentur delineatæ imagines, à quibusque alijs, & impressis, & manuscriptis plurimum differentes, & superscriptionibus, & delineatione. Verùm quod dignum consideratione visum est, sunt in eo litteræ quædam capitales solæ, & hæc est prima imago huius Vaticinij, quæ ita pingitur. Ad est Pontifex in medio, manibus ante pectus, altera ab altera aliquantum distantibus, & sub pallio tectis, dextera paulo altius sublata, à dextera parte Rex assistit genibus flexis, utraque manu vexillum nouem lilijs, quatuor in superiori parte, quinque in inferiori decoratum retinens, à læua serpens squamis tectus, & sursum uersus aperto ore erectus à corùo totis uiribus se uolando deijciente impugnatur, & infra ipsius Pontificis caput hæ literæ sunt S. M. T. supra hæc uerba. Coronabitur in V. Et in fine inscriptionis, seu Vaticinij. Morietur in P. Viderint curiosi, quid sibi velint. Altero uolumine exhibebimus hæc Vaticinia detem cum imaginibus, & nostram de ijs sententiam proferemus, quam cunctis gratam

tam futuram, & credimus, & ſperamus. Etenim ſi non eleganter, ſaltem diligenter ibi multa reperientur à clariſſimis hominibus numeris, & numeralibus literis concluſa, & à paucisſimis intellecta, atque nunc primum à nobis tantum (quod ſciamus) in lucem prolata.

VATICINIVM XIX.

NEſcio, quodnam vetuſtisſimum exemplar Paulus Scaliger uiderit, & quid ille Pſeudomagus confinxerit, & ad ſacroſanctam Romanæ Eccleſiæ Pontificiam ſedem profanandam hæreticè commentatus fuerit: hoc unum ſcio meum illud manuſcriptum ab hinc trecentis annis, (ut in eo adnotatum ſcriptoris manu uidere licet) ex ſcriptum, omnibus in locis, in quibus Monachi habitu inducitur imago quæpiam in vulgatis, habere Pontifices, & nos (quanquam aliter ſtatuiſſemus) ex eo hanc imaginem excerpſimus; præterquam quod, Regis caput, quod in eo eſt non corona, ſed pileo tectum, & ut posſimus hæretici falſitatem cognoſcere, & illius uerſutisſima, diabolicaque commenta confutare, falcis ſignificationem addemus, quæ nil aliud ſignificat, quàm nouam aliquam fabricam ad Eccleſiæ diſſipationem adornatam. Audiant ueri Eccleſiæ filij, & uideant, an id ſeptimo Clementi euenerit, & quidnam Rex, & manus incidens falce portendat.

VATICINIVM XXI.

VAriatio imaginis huius tanta eſt in omnibus libris, quos uidimus, ut præter illum noſtrum, omnes errare certò certius opinemur. Eſt in noſtro, Pontifex manibus tenens librum pictori admotum, & hinc inde capita ſunt pileis tecta. Atque ut aliquid curioſi harum rerum ſcrutatores nanciſcantur, quo ingenium exercere posſint, & men-

89

tis acumen expolire, inscriptionem subijciemus, quæ ita in eo legitur.

Cultori vineæ de infructuosa arbore dicitur, Succide eam, vt quid terram occupat? qui in illo loco potes ponere, quæ habet fructum. Hæc autem non habet occasionem operationis, & impedimentum præstat cæteris, quia quæcunque sub ipsa sunt, exemplo prauitatis illius, quasi umbra peruersitatis eius premuntur, & ideo peccatores super alios peccatores dominari constituit. Tu autem morieris, ut canis in R. Et supra Pontificis caput, hæc uerba ponuntur. Coronabitur in R, Infra caput verò hæ literæ capitales sunt, B. B. A.

Hac exprimi Martinum V. Scaliger ait. Rotæ fabricatores quidam Gregorium XIII. ijque ex eorum numero sunt, qui sponsionibus operam dantes, lucrum inde expetunt, & fallaci industria conquirunt, nos Iulium Tertium hoc ænigmate descriptum à Propheta, siue Ioachimus, siue Anselmus, aut alius quispiam fuerit, constanter asserimus. Rationes non adducemus, ne longiores, quàm harum adnotationum argumentum, & communis vsus requirit, simus.

VATICINIVM XXIIII.

NVllum Vaticinium hoc uno clarius in toto libro habetur, si Beatissimi Pij V. Sanctissimæ, & fœlicissimæ recordationis, uitam, mores, actiones inspexerimus. Quis hoc Pontifice sanctior, quis prudentior, quis uoluptatum minus appetentior? Quàm gratus Deo fuerit, testatur reuelatio de Victoria aduersus Turcas obtenta, ab eo orante habita, & hoc illud propheticum est, Tu pro victoria expandisti manus. Illam quidem paulò ante uitæ finem consecutus, cũ ille sexto circiter post mense in cælum translatus sit, & ita bene, & gloriosè brauium acceperit in fine sceptri,

sceptri, hoc est, paulo ante quàm ex hac vita decederet, & ad æternam, & immortalem euolaret. Volumus dare inscriptionem, quæ in illo nostro manuscripto est: ad hunc itaque modum in eo uerba sunt.

Vendentium sacra non cessabunt, & confringetur idolum Danielis, & cœnobia ad locum pristinum redibunt, & ordines mendicantium, & aliæ sectæ plures annihilabuntur, bestia Occidentalis, & Leo Orientalis uniuersum mundum sub iugabunt, & pax erit in toto orbe terrarum. Tu autem uades in inferiora terræ. Litteræ, quæ infra caput solent esse in his imaginibus, hic litura deletæ sunt, & nisi unicum C. uisui offertur, & superscriptio. Coronabitur in L.

Qui lucro sponsionibus inuigilant, secundo post B. & S. Xystum V. futuro Pontifici hoc Vaticinium dant, quid nos sentiamus, in sequenti dicemus. Hoc unum innuentes, sacrificia uendentium, ad hæreticos referri, idolum, ad Turcas, cœnobia, ad decretum Pij V. de 4. religionibus. de bestia Occidentali, & Leone Orientali secretiora, hoc tempore à nobis non sine causa, in custodia habenda sunt.

VATICINIVM XXV.

HOc Vaticinium in nostro manuscripto exẽplari cum superiori, ita coniunctum est, ut ad dexteram sit Vulpes inter duo uexilla, quorum unum anteriori dextero pede retinet, & ad lęuam hæc urbs cernitur, manibus non supra, sed infra positis, ita ut dimidium Vaticinij, vsque ad uerbum annihilabuntur, ad Pontificem spectet, cuius in superiori meminimus. Reliquum uerò ad Vrbem hanc. Licet quædam uerba supra eam litura deleta sint, alicuius pueri fortè manu. Essent ea animaduertenda, quæ ad literas inclusas in eo capitales facerent; attamen tanta est illarum in omnibus libris impressis, & manuscriptis corruptio, ut nihil diuinare queamus. Nomina quoque non sunt eadem

in omnibus, & vltimæ illæ literæ, quæ Scaligero sunt Ca. Bo. in quibusdam exemplaribus. Io. Ab. Ia. Ba. Io. Bo. Io. Ob. Adhibeant solertes formales numeros, & se ex huiusmodi labyrintho extricent. Quid enim dicendum sit, aut coniectandum (ingenuè fateor) nihil est mihi, præter illa, quæ ex meo vetustissimo ab hinc paucis mensibus producturus sum. Videant, qui lucro inhiant ad Pontificem trans montes hoc Vaticinium deferentes: nam ipse num transactum, num præsens, num futurum sit, num simplex, duplexve, susque deque habeo, & alijs perquirendum relinquo. Oblitus pene dicere nunc fueram, hunc tertium à Sanctissimo, & Beatissimo Xysto occupare locum iuxta campsorum sententiam auream, argenteamque.

VATICINIVM XXVI.

VEllem in hoc Vaticinio explicando omnes curiosi, & sapientes elaborarent: nam cum in eo contenta, & iuxta imagines, & iuxta inscriptionem in omnibus libris differentia sint, triplex tantum à me afferretur descriptio, quæ veritati magis consona, & libris magis probata uisa est. Prima sit Scaligeri. Est in illius libro Coloniæ Agrippinę apud doctissimum virum Theodorum Gramineum anno septuagesimo impressum, Nudus super rupem sedens, plorans, manu ad faciem admota, & ante illum stat puer, manibus ante pectus sublatis, nudum respiciens. Liber quidam manuscriptus satis probatus monachum capite tonso, nudumque habet, qui manu sinistra circa tempus sublata, dextera spargens nummos plorat, habetque à dextera parte scriniolum, & crumenam nummis referta, respicitque puerum ante se stantem, manu sinistra baculum retinentem, dextera pectori adhærente, & nudum mutuò respicientem. Meus uerò ille uetustissimus à me tantopere in his Adnotationibus adductus Pontificem præfert, sacerdotalibus uestimentis

ſtimentis indutum, latiori inſuper Pallio (pluuiale dicunt) adiecto, læua manu librum tenens, & dexteræ indice illum ante pectus tangens, & demonſtrans. Hinc inde, à dextera quidem ex Clauicymbalum, ſeu Monochordium, & Cythara: à ſiniſtra vero Organum conſpicitur. Inſcriptionem, & literas numerales ſupra, & infra caput, interim prætermittam, illud aſſerens, hunc futurum Pontificem à me illis uerſibus ad Ioachimi imaginem ſuperius additis περίφρασικῶς indicatum ex Vaticinijs Beati Zodichi Palmerij, Iohannis Heremitæ, Iohannis Capiſtrani, & Magiſtri Reinhardi Ordinis Prædicatorum, quem Italum fore conſtanter dixerim: licet quidam contra ſentiant. Hęc ad excitanda curioſorum ingenia dicta ſunto, aliàs, ſi noſtri labores grata excipientur manu, latius hæc, & maiori tum perſpicuitate, tum facilitate tractaturi.

VATICINIVM XXVII.

SIlentio præterire decreueram hoc Vaticinium, præſertim cum in eo nulla mutatio in imagine facta ſit, niſi quòd in alijs diademate fultum, nos abſque diademate incidi curauimus; quia ita illis imaginibus conuenire videbatur, quæ adhuc ex multis paucæ in æde D. Marci Venetiarum viſuntur, & in quodam etiam ſatis diligenter manuſcripto cernebatur. Sed Magiſtri Reinhardi carmina nos permouerunt, ut & hìc perſpicacia ingenia excitaremus; illa ad hunc ferè modum ſe habent.

Hinc Chriſti dignum vibrabit Aquila ſignum,
Aquila quæ fido iam caret prodita nido,
Omnia mutabit, & cernere læta iuuabit.
Et tandem cæco lux erit tradita ſeclo.

Carminibus concors eſt meus ille liber toties à me in medium adductus: eſt namque in eo Pontifex, loco tiaræ ingentem Aquilam hianti roſtro, expanſis alis, capite gerẽs, & am-

& ambabus manibus ante pectus duos paruos Vrſinos Catulos retinens, eſtque à læua ipſius Pontificis Cydaris, & infra caput numerales literæ maiores P. C. P. Vaticinium uerò hæc refert.

Grandis Aquila nigra ſurget, ocius expergiſcetur; tendet alas, & roſtrum in pingue. Hęc Aquila Romanum Imperium ortum ex Alamania, cuius inſigne Aquila nigra eſt. Hæc Aquila ſegregabit argentum à plumbo, de Aquila hac ſatis diximus, quòd in iudicium Eccleſiaſticorum uirorum data ſit. Morietur in I.

Iohannes Heremita ait. Ab Aquilone ueniet, & intrabit ſanctuarium, & Eccleſiam renouabit fratribus. Et Capiſtranus. Ceruleus, ac glaucus color niger fiet, mortalitas, ignes, cęlum turbatum. Nos hæc omnia de optimo quodam Principe Arctoi cęli dici conijcimus; modò impoſtorum fraudibus, & dolis haud iuſtè accepto: ſed hæc ſuo tempore clarè Deus O. M. reuelabit. cætera enim ſilentio tegenda, & uſque ad tempus occultanda hominibus ſunt; nam neque omnia, quæ ſcimus, aut uidemus, expedit dicere.

VATICINIVM XXVIII.

VT clarè, & manifeſtè perſpiciant homines Vaticinia hæc ad futura: non autem ad præterita tempora reſpicere, adiungere uoluimus inſcriptionem illius noſtri uetuſti exemplaris, cuius imago eſt Pontifex ſacerdotalibus ueſtibus indutus, manibus ante pectus hinc inde pallio tectis, ad illius læuam deſcendit uolans Angelus ad eum linteum mundum deferens. Hæc ſunt inſcriptionis uerba.

Exurgam propter miſeriam inopum, & pauperum gemitum, & ponam ſalutem, & fiducialiter agam, qui deuorauerunt, & trepidauerunt, ubi timor non erat. Vnde dicitur, quòd in templo Domini erunt nummularij, & uenditores ſpiritualium columbarum, populum humilem ſaluum faciam,

ciam, & oculos ſuperborum humiliabo, & erit unus Deus, & una fides. Morietur in I. infra caput literæ. A. B. G. Qui ea ad futurum tempus ſpectare aſſeruerit, iſte haud malè, mea ſententia, ſentiet: ſiqui erunt, quibus magis ad præterita hęc referre arrideat, primùm illud ante oculos ſtatuant, Antichriſti tempora futura, quibus hęc uentura prędicuntur, nec tantæ ſint pertinacię, ut ea Luthero adſcribere uelint. Nos quoque Lutherum perditiſsimum Sathanæ Mancipium fuiſſe dicimus; uerum eò longe peſtilentiorem, & inquinationem Caluinum; nemo illorum tamen Antichriſtus fuit: quamuis hic poſtremus magicis ēt ſceleribus addictiſsimus fuerit. Itaque ſaniori intellectu de futuris ſanctiſsimis Pontificibus hęc intelligenda ſunt, qui Eccleſiam reſtituent, & oues Chriſti diſperſas congregabunt. Nam circa huius Pontificis tempora, hoc eſt, paulò poſt, reliquię Iſraelis reſipiſcere incipient, & ad ſalutem, veramque ueri Meſsię Ieſu Chriſti cognitionē properabunt. Eſt hoc poſtremum Vaticinium in illo noſtro uetuſtiſsimo manuſcripto: nam pręter Liturarū iniurias, quas ab aliquo puero, cuius manibus permiſſus erat, forte paſſus eſt, paginæ quædam in eo laceratæ, & diſcerptæ ſunt.

VATICINIVM XXIX.

NOs ex æde aurea Marciana hìc Venetijs, & ex quodam manuſcripto pallium ſtellis decorandum cenſuimus.

VATICINIVM XXX.

CIrca iſtius Pontificis tempora futurum Antichriſtū imago portendit, & ad huiuſmodi opinionem adſtruendā plurima dicenda occurrunt: at unum illud ſatis ſit, non abre, licet ſibi ſpiſsius præſentis Chiliadis Pontifices hæreant, eundem eſſe numerum horum quindecim, qui, & ſuperiorum

rum quindecim. Atque ita uerum dignoſcitur ſtatim poſt ſeptingẽteſimum annum calamitoſa tempora ſubſecutura, & numerum illum annorum concluſura, quos in primo Paſuch Bereſit de futuros ſextæ Miriadi ueteres Mecubalim depræhendere: Nam niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ait Redemptor, quodque ab illis obſcuriſimis ambagibus inuolutum nos explicitum, ad coercencendam aliquorum iuuenilem audaciam, ex Pici Mirandulani concluſionibus in ſuis Mathematicis. 9. Per Arithmeticam non materialem, ſed formalem habetur optima uia ad prophetiam naturalem. 10. Ioachimi in prophetijs ſuis alia uia non procesſit, quàm per numeros formales. & 9. in ſuis Cabaliſticis. Si qua eſt de nouiſſimis temporibus humana cõiectura, inueſtigare poſſumus per ſecretiſſimam uiam Cabalæ futuram eſſe conſummationem ſæculi, hinc ad annos quingentos, & quatuordecim, & dies vigintiquinque. anno ſuperiori 1583. In D. Iohannis, & Pauli Martyrum æde Venetijs publicè diſputandum hebraicis numerationibus propoſuimus, quarum apud imperitos tantum eſt impugnatio. Vela tandem contrahenda ſunt, interim lectores æquos, & candidos orantes, ut nobis in altero uolumine vniuerſæ collectionis quorumcumque Vaticiniorum, Oraculorum, prædictionum, & prophetiarum (quas vocant) adeſſe perhumaniter velint, admonentes, ſi quid à nobis haud rectè animaduerſum, negligenter adnotatum, & non ſatis adamuſim, & lydiam regulam reuocatum eſt. Quorumcumque enim amicas caſtigationes, & mites ex iure, & æquo repræhenſiones, vt decet, excipiemus, admittemus, & leni animo feremus. Homines namque nos eſſe dignoſcimus, qui errare potuimus: verùm nec doctrinæ nos tantæ eſſe ſcimus, vt minimum erratum defendere velimus: nec tantæ ſapientiæ, vt non omnia noſtra, & edita, & edenda Sanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſurę ſubiecta eſſe nolimus.

DE

DE ROTA STATIM POST PRINCIPIVM IN PRIMO FOLIO, versa facie, subiecta iudicium, & declaratio.

HIERONYMVS Porrus non solum ęris cudendi artifex solertissimus, uerùm ingenij acumine ad curiosa perinuestiganda admirabilis ab omnibus habetur. Hic Rotam illam primus inspiciendam præbuit; cumque, unde arripuisset, percunctarer, subridens me ad quosdam remisit; quorũ unus interloquendo plura referebat, à sapientissimo quodam homine sibi aliàs declarata. Me autem principium, & expositionem Rotæ requirente, hoc tantum meminisse dixit: Illam in superiori parte à Solis, & Lunæ imaginibus primam ortus sui reuolutionem incipere (sic loquebatur ille) & per eam Pij Quarti Mediolanensem significari: sequi deinde in Calice Pium Quintum, Draconem aũt gladium ore uomentem Gregorium XIII. exprimere, denique Leone ensem anterioribus pedibus retinente, tresque sagittas ore proijciente S. Xystum V. prodi: huiusmodique ordinem in infinitum usque seruari, & nunquàm usque ad sæculi finem Rotam sisti. At quod magis mirandum, stupendumque esset, literas capitales Pontificum, uel nomina, uel cognomina, uel prænomina indicare, quod facile uidere esset in *AA. NV. VB.* FE. & multa alia mihi dicebat vir iste. Ipse rem altius inspectans: quid in ea lateat, facilius detegam. Videtur mihi, quicunque huius Rotæ fabricator fuit, solerter, aut ex ipsis Ioachimi imaginibus, & Anselmi, aut saltem ex Vaticinijs B. Zodichi Palmerij, ipsius Rota expressis, suas imagines confinxisse, & literas de suo addidisse, quæ tamen,

men, nec etiam omni ex parte ſuis commentis deſeruiunt, cum non poſſint ita accommodari, ut in quibuſdam non ridendæ ſint, & in alijs explodendæ. In duobus Pijs certè riſu excipiendæ, & in alijs duobus explodi ſibilis debent. Vates namque haud contemnendus eſſet is, ſi primis literis Vgonẽ Boncompagnum, & Fratrem Fęlicem cognouiſſet: de his dixi: cum de Pijs A. M. in primo, & M. V. in ſecundo patiantur, neſcio, quid magis ineptum. Omittẽs interea ſtultitiam durationis vſq; ad ſęculi finem ijſdem literis ſemper ſignificantibus. Non interponemus tamen iudicium noſtrum ita, vt reliquorum noſtro metiri uelimus. Nos eam propoſuimus, & Porri deſiderium, & artem laudauimus, meditentur in ea curioſi, uideantque, ſiquid in ea occultetur, quod ipſorum palato ſatisfaciat. Dicimus nos, ſi uera ſit, admiratione, ſtupore, & mentis commotione digna, & plena de futuro Pontifice expectanda, pluręſq; annos præſenti dandos; ipſe nempe uiam ante eum præparaturus eſt Rotæ huius ſignificatione, & ſic omnium, quotquot ſunt, quotque fuerunt, prædictiones ætate ſuperaturus, quippe qui nonageſimum quintum huiuſce Chiliadis annum conſtituens, & ulterius tendens, nobis magna, & incredibilia proponet. Hinc aliquid curioſi abſtruſorum ſcrutatores eruite, & in ueſtrum uſum conuertite; nam mihi plura oſtendere, palamque in lucem dare minime licet. Solis hæc amicis ſeruamus, & ijs uerè ſinceris, & Chriſtianæ religionis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ amantibus, memores Euangelici dicti. Ne proijciatis margaritas ueſtras ante porcos.

ORA-

ORACVLI TVRCICI DECLARATIO.

VLGÒ nota hiſtoria fertur, quæ ad huius Oraculi explicandam obſcuritatem primas partes tenet, eiuſmodi illa eſt. Mehemeti Secundo Othomanorum Principum ſæuiſsimo, Chriſtianorumque hoſti immitiſsimo Conſtantinopolitanam urbem obſidenti, nocte præclariſsimæ urbis, & deplorandi imperij exitium præcedente tale oblatum fuit ſomnium. Videbatur huic dormienti tentorium patulum hincinde fieri, cœlum aperiri, ex eoque deſcendere ſenem uenerabili aſpectu, reuerenda facie, auguſtiori habitu, quàm humano, & excelſiori ſtatu corporis. Simulque ex cœlo annulus demittebatur, filo appenſus, quem ſenex apprehenſa Mehemetis dextera manu, ſepties per omnes digitos circumduxit, hoc ordine. Prima uice maximum ſe percipere gaudium ſentiebat Mehemetes, qui ſecunda, tertia, & ſequentibus uſque ad ſeptimam iuxta mutationis modum imminuebatur, idque etiam ipſo dolente, & dolore, quoties mutabatur annulus, creſcente. Tandem ad ſeptimam in cœlum ſublatus eſt annulus, & illico ſenex euanuit, tanto Mehemetis dolore, vt ingentem emiſerit clamorem, ad quem Eunuchi iuxta morem gentis tentorium, & lectum Principis cuſtodientes accurrere. Hique ipſius iuſſu ad illum, quos Viſiros, Baſſas, Bellerbeios dicunt, cæterosque conſiliarios conuocant, narrat ſomnium, exſurgit à Chriſti fide Apoſtata Magnus Viſir, de Conſtantinopoli capienda interpretatur, incitat homi-

94

nem, mos geritur, vrbsque capitur. Hanc uerò hoc Oraculo intelligi deprehendent curiosi, si septem septies multiplici numeratione efferentes Caroli Octaui tempora notabunt. Quibus fama erat Gallum Regem victorem in Græciam contra Turcas traiecturum, & hac de causa Roma in Galliam Turcarum Principis fratrem, qui Romæ in custodia asseruabatur, duxit, ut eo duce, & fautore contra Turcas uteretur. Quo Rege mortuo, & Turcarum terror desijt, & Christianorum spes lapsa est. Ex eoque semper Turcici Principes Gallorum Regis amicitiam coluere; cum etiam nunc persuasim habeant ex Gallico regno sibi cladem impendere. Sic autem præsentis oraculi in septimo anno dubietas sepulta hucusque iacuit, & ad hæc tẽpora iacet, quibus à Constantinopoli capta duodecimi numeri duodecies in se circumducti explicationis finis instat. Nec mirum cuiquàm sit, Turcæ omnes, & omnes orientales Ægyptij præsertim, & Syri in nonagesimum secundum annum Otthomanicæ familiæ fata reseruant. Quot Solimano quoque ab Arabe prædictum, Clarissimus Vir Stephanus Theupolus, dum Constantinopoli pro Augustissima Veneta Republica legatum apud ipsum Solimanum ageret, disertissimis uerbis se præsente aiebat, stupente, & rem futuram constanter credente Turcarum Principe. Cui coniungere possemus, quæ de arbore Turcica quindecim ramorum vulgò circumferuntur; uerum hæc, & alia modò reticenda sunt, aliàs uberius daturi. Equidem aptissimus hic locus esset, in quo numerorum in diuinatione hac potestatem demonstraremus, & quàm conueniat illi Philosophorum Arabum opinioni asserentium omnes generationes, mutationesque, species rerum naturalium, & earum, quæ supra naturam sunt, certis numeris distingui, & per eos earum effectus cognosci; quibus ueteres Theologi omnes, & Cabalistæ subscribunt. Colligiturq; simul ex scriptis Origenis, Hieronymi, Augustini, Hilarij, Basilij, Gregorij Nissæni, Rabanique numerorum uim per maximam esse. In re-

rum-

rumq; uniuersitate constituenda septenarium numerum primas tulisse fatentur cuncti, & sapientes in Duodenario Christianismi firmitatem & innouationem esse censent, quod in eius cubo, & superficie explorant, dum M. DCC. XXVIII. ex tota eius perfectione constituunt, & id aliud non est, quàm cùm duodenarium, qui primus fęcũditatis numerus duobus senarijs componitur, priorque perfectionis numerus existit, duodecies, ad duodecies usq; in sua superficie, & cubo reuoluimus, & inde superiorem numerũ conficimus. Quo in numero & Picus Mirandulanus sęculi durationem statuit, nos uerò Christianæ religionis amplificationem, & reliquiarum Israelis salutem ponimus. Veteri, & reconditę harum rerum scientiæ per traditionem hucusq; demonstratę adhęrentes, & Intelligentiarum Vniuersum regentium cursum, & temporum spacium magnifacientes, quę ita nos radijs sui splendoris illuminent, ut purioribus studijs, & sanctioribus sacrarũ literarum obsequijs Deum Opt. Max. dignè colamus, nobis placemus, & ritè cognoscere, contẽplari, & possidere ualeamus.

ANNO-

ANNOTATIONI, ET CONSIDERATIONI, DI PASQVALINO REGISELMO sopra le Profetie di Gioachino, & Anſelmo.

Car. 1. Vaticinij dell' Abbate Gioachino, &c. & d' Anſelmo, etc.

CONFIDATOMI *del fauore de gli eſſemplari ſcritti à mano ſempre ſon ſtato di queſto parere, che queſti Vaticinij ſiano del ſolo Gioachino, & che non s' adempiano con ordine continuato: come vogliono alcuni, hora noi lo dimoſtraremo in alquanti di queſti Vaticinij: Ma incominciamo à trattare quello, che ci ſi rappreſenta. Vn certo libro di raccolte diuerſe di mano d' vn Domenico Moreſini, quale circa l' anno 1454. uiueua; attribuiſce queſti à Rabano. Sono portati intorno da' Greci moderni ſotto il nome di Leone V. il ſapiente già Imperadore Conſtantinopolitano, hauendo finta vna gratioſa fauoletta, eſſerui ancora in Conſtantinopoli, dicendo, vna certa colonna, nella quale ui ſiano tutte quelle predittioni ſcolpite, con l' imagini però che nō ſono affatto nella medeſima guiſa; ma in parte alterate, et che riſe riſcono certi ſucceſſi à uenire in uerſi Iambici (ſe piace à Dio) eſpreſſi: Hò uſato diligenza grande in dimandare ad huomini di ualore, & d' autorità, che lungo ſpatio di tempo ſono dimo-*

rati

rati in Constantinopoli, quali di ciò non solo se n'hanno preso scherzo; ma anco hanno confermato non esser cosa alcuna, nè nell'Hippodromo, ne in altro luogo. Anchorche si ueda una colonna di bronzo molto artificiosamente fabricata di tre serpenti insieme inuolti, che nella parte di sopra porgono all'insuori i capi. Della quale fece mentione Pietro Gillio Francese diligentissimo scrittore nella sua descrittione della città di Constantinopoli, cō parole tali descriuendola nel secondo libro al cap. 13.

E' ancora nel medesimo ordine una colonna di bronzo, accannellata, non però con canaletti, che rappresentino le pieghe delle uesti matronali; ma cō i rauolgimenti di tre serpenti tra se intorno, intorno auinchiati, non uerso all'insu diritti, ma ritorti à modo di mazocchi. Quali molto eminenti gli lieuano in fuori gran funi, & facendo fine in un capo triplicato di tre serpi, i capi situati in forma triangolare s'alzano molto sopra'l corpo tutto pieno di mazocchi della colonna. Per qual cagione sia stata posta questa colonna, fingono i Constantinopolitani molte cose; ma tutte ciancie, non sapēdo l'historie de' suoi maggiori: Tra quali Zosimo scriue, Constantino il grāde hauer posto nell'Hippodromo un trepiedi d'Apolline Delfico, che in se medesimo haueua la statua di esso Apolline. Sozomeno di Salamina aggiunge Constantino hauer collocato non solo i tre pie di Delfici nell'Hippodromo; ma anco il celebratissimo tre piedi, che Pausania Lacedemonio, e le Città Greche, doppo la guerra de' Medi consacrarono ad Apolline Delfico. Racconta piu euidentemente Eusebio Constantino in certa parte di Constantinopoli hauer messo Apolline Sminthio; ma nell'Hippodromo hauer riposto il tre piedi Pythio, intorno ilquale si aggraua con diuersi rauolgimēti un serpe. Dalle quali parole pare uerisimile quel tre piedi esser stato posto sopra questa colonna di bronzo con tre capi, come era in Delfo, per quāto si legge in Herodoto, qual dice esser stato collocato in Delfo un tre piedi d'oro fatto delle decime delle spoglie Persiane sopra un serpe di bronzo cō tre capi, et il medesimo riferisce, che uinti i Persiani à Platea,

fu

